

formis, neque quidquam in eâ immutetur:  
**bac additâ gravissimâ ratione :** Facilè enim  
 Celsitud. V. intelligit, quam mihi futurum  
 sit grave, quantumq; levitatis speciem ha-  
 biturum sit, si aliam Confessionem, & ab  
 ea, quæ Augustæ Imperatori exhibita est,  
 diversam, meâ subscriptione confirmare  
 deberem.

Ibidem.

III. *Annon reclamatum fuit, cum Heinricus &  
 Guilelmus juniores, Principes Lunæburgici ad  
 Electorem rescripsérunt, se in ea, quæ Augustæ fuit  
 anno 30. exhibita, Confessione, non in alia ac  
 diversâ ad finem usq; persisturos.*

Hist.C. A. 112. *Annon reclamatum fuit, cum consules &  
 pag. 551. Senatus Norimbergensis ad VVolfgangum comi-  
 & 552. tem Palatinum eodem 61. Anno scripsérunt: se  
 semper studuisse, ut in illâ PRIMA Con-  
 fessione persisterent: se verò jam pridem  
 fuisse admonitos, Confessionem hacte-  
 nus de novo multoties excusam, cum ve-  
 teri suo exemplari minimè consentire, sed  
 singulis vicibus, quando editiones repetitæ  
 sunt, aliquid vel iinmutatum, vel demtum,  
 vel additum esse. Cujus rei ne minimum  
 quidem sibi ab autoribus factum esse indi-  
 cium. Quare se saltem Confessionem, pro ut  
 Anno 1530. Augustæ exhibita atq; intel-  
 lecta est, subscripturos.*

Inte.